UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

ciæ? affirmatiuè reſpondent DD. *quos refert, & ſequitur Ricc. in Prax. for. eccleſ: par. 1. reſ. 428. & reſ. 582.* talis enim Delegatus in hoc etiam comparatur ordinario, cui id cōceditur *in l. ſi Præſes, vbi Bart. C. Quom. & quan. Iudex* l. 1. C. *de ſentent. & interlocut. omn. Iud. l. ſi accuſatoribus* C. *de Accuſat. & Inſcript. cap. qualiter, & quando 17. vbi gloſ. in ver. obſeruari de Accuſat.* ſecus dicēdum eſt in delegato ad vnam cauſam tantum, qui cùm ſemel functus eſt officio ſuo, non poteſt amplius ſe ingerere *cap: in litteris de offic. Iud. deleg.* niſi protulerit ſententiā nullam ex defectu formę mandati: tunc enim poterit de nullitate cognoſcere: quia ſi non ſeruauit formam mādati, non videtur pronunciaſſe, *vt d. idem Ricc. d. reſ.* 428. vbi etiā addit, quod Arbiter iterum ſententiare poteſt, ſi non ſeruauit formam compromiſſi.

12 Vltimò obſeruat Sylu. *in ver. Vicarius nu.* 5. quod Archiprebyter Eccleſiæ Cathedralis, qui Vicarius eſt Epiſcopi in ſpiritualibus, poteſt alium Vicarium inſtituere in cura animarum etiā ad longum tempus *per text. in cap. 2. & ſeq: de offic. Archipresbyt. & in cap: extirpandæ §. qui verò, de Præb.* talis autem Vicarius, qui ſubſtituitur, dēbet ab Epiſcopo approbari. *d. §. qui verò, & cap. ad hæc de offic. Vic. Concil. Trid. ſeſſ. 6. de ref. cap. 2. & ſeſſ. 7. cap. 5. & ſeſſ. 23. c. 15. latè Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. all. 25. num. 25. & ſeq. Dian. p. 3. tr. 4. reſ. 110. & reſ. 146.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus regulariter ſubdelegare non poteſt, fallit in delegato Principis.*

2 *Quando à ſubdelegato appelletur ad Delegatum.*

3 *Delegatus Papæ debet ſubdelegare cauſas perſonis in dignitate conſtitutis, limitatur numer. 4.*

5 *Quando Delegatus ab inferiore poſſit ſubdelegare.*

6 *Delegatus Principis poteſt committere cauſā etiam ſuo ſuperiori.*

7 *In multis caſibus Delegatus Principis ſubdelegare non poteſt.*

8 *Quando ex pluribus delegatis alter poſſit ſine alio procedere.*

9 *An ordinarius poſſit punire delegatum, ſi procedat in caſu nō comprehenſo in ſua cōmiſſione.*

CAP. IX.

An, & quando Delegatus poſſit ſubdelegare.

1 DElegatus regulariter ſub delegare non poteſt *l. fin. vbi gloſ. ff. de offic. eius &c. l. more maiorū vbi etiam gloſ. ver. alieno beneficio ff. de Iuriſd. omn. Iud.* hoc tamen habet locum in delegato ab inferiore, non autem in delegato Principis, qui poteſt ſubdelegare *l: à Iudice C. de Iud. cap. paſtoralis & cap: venerabili de off. deleg: cap. ſi duo eod. in 6. Garcia de*

bene